



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 47. Conservatores, an citare possint per edictum publicum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

QUESTIO XLVII.

Conservatores an citare possint per edictum publicum.

SUMMARIUM.

- 1. Conservatores citare non possunt per edictum publicum nisi conservatis ijs quibus hic exprimentur.
- 2. Limita nisi conservatoriali diplomate aliter permissum sit.

Respondetur non posse nisi prius testes summarie examinaverint super non tuta accessu potentia metu aut aliis impedimentis quae praestantur, Rota dec. 104. incip. dic. quod citatio in antiquis & dec. 163. incip. nota quod aliquoties Fel. cap. quoniam frequenter nu. 14. & seqq. Ut lite non contest. DD. Clem. dudum de iudicis, adeo quidem ut ad eiusmodi non tuta accessus probationem iuramentum partis non sufficiat, Rota dec. 253. & 254. sic quod citatio processus aliter factus vitia nullitatis corrueret. Decius cons. 260. viso. puncto nu. 16. lib. 4. Ioannes Baptista Confettius de privilegijs ordin. part. 2. tit. 4. de conservatoribus cap. 8. vers. advertendum DD. Clem. causam de elect. idque nisi aliter conservatoriali diplomate sancitum sit, cap. porro de privilegijs.

QUESTIO QUADRAGESIMA OCTAVA.

Conservatores an cogantur locorum ordinariis aut iis adversus quos procedunt exhibere Ballas conservatoriales.

SUMMARIUM.

- 1. Delegati procedere non possunt nisi exhibitis litteris suae delegationis citatique comparere non tenentur.
- 2. Conservatores non tenentur edere diploma conservatoriale.
- 3. Tutius tamen est exhibere.
- 4. Faciendum est quod aij prodesse nobis obesse non potest.
- 5. Malitij non est indulgendum.

Sicuti Apostolicae sedis delegati procedere non possunt nisi editis litteris suae delegationis citatique nisi ijs visis comparere non tenentur, cap. cum in iure ubi

Aa 7